

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Gratiae. Emblema CL[X]III.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Gratiæ .

EMBLEMA CLIII.



TRES Charites Veneri assistunt, dominamq; sequuntur,
 Hincq; voluptates, atque alimenta parant.
 Latitiam Euphrosyne, speciosum Aglaja nitorem,
 Suadela est Piibus, blandus & ore lepos.
 Cur nuda? Mentis quoniam candore venustas
 Constat, & eximia simplicitate placet.
 An quia nil referunt ingrati, atque arcula inanis
 Est Charitum? qui dat munera, nudus eger.
 Addita cur nuper pedibus talaria? Bis dat,
 Qui citò dat: minimi gratia tarda preti est.
 Implicitis vlnis cur vertitur altera? Cratus
 Fœnerat: huic remanent una abeunte dua.
 Iuppiter ijs genitor, cæli de semine diuas
 Omnibus acceptas edidit, Eurynome.

COM.

COMMENTARI.

I. **G**RATIAE, quas Græci Charites vocant, pinguntur nude, facie virginū, hilari vultu, manibus cōplexis seipſas aspicientes, pedibus alaris: harum vna à nobis auersa pingitur, reliquæ duæ facie ad nos conuersa. Gratiarum simulacra veteribus non fuisse citra indumenta, inquit Pausanias; at posteri nescio cur nudas pingere ac fulpere adorti sunt, antiquorum ratione mutata.

II. **C**ONSTITVITVR hic Charitum profopographia, qualem fermè & pictoribus & statuarii veteres expresserunt. Tres sūt eque nude, virgines, iuuenes, hilares, & quæ inuicem sibi adhæreant. Nudæ quidem, quia beneficia nō oportet esse fucata, in quibus simplicitas & puritas animi maximè requiritur. Virgines autem & iuuenes, quod nusquam senescere debeat aut intermori accepti beneficii recordatio. Sibi connexæ & adhærentes, quia (vt ait Sophocles) ἡ χάρις χάριν φέρει, Gratia gratiam parit, quodq; debeat esse perpetuum, & quasi continuum beneuolentiæ fœdus. Adhæc in pedibus habent alata talaria, quod tardā gratiam esse non liceat. Postremò vnam auersam duæ alię conspiciunt; quod pro accepto beneficio duplicem, & quasi cum scenore gratiam rependere debeamus. Has ex Eurynome Iouem suscepisse ferūt; vt affectum eiusmodi nō tam humanum quàm diuinum esse intelligas. Huius picturæ Pausanias in Æliacis diuersis locis meminit; & Seneca pluribus agit libro De beneficijs, cap. 3. Porro huc non grauabor ad scribere in Charitum eiconem Epigramma non illepidum, quod etiamnum extare Romę, testis est Lilius Gyraldus Syntag. 8. ascriptiq; Alcijatus ipsemet cap. vndecimo libri primi Patergon:

Epigramma in
Charites. Sunt nuda Charites, mureo de marmore: at illas

Diua Columna suis adibus intus habet. Par tribus est facies, qualem decet esse sororum:

Par tribus est ætas, par quoque forma tribus.

Græca Thalia tamen gemina conuersa sorori,

Implicat alternis brachia nexa modis. Iuppiter est genitor, peperit de semine Cæli

Eunomia, & Venere turbamministra fuit.

Inde alitur nudus placida sub matre Cupido,

Inde voluptates, inde alimenta Dei.

Quia verò potissima huius Emblematis pars, si rectè conſeras, ex epigrammate ad ducto lucem accipit, pauca in transcurſu in amplissima alioqui materia attingemus.

TRES Charites] Charites dicuntur a τὸ τῆς χάρις, à latitia, vt Phornutus ait: sed & notissimo Græcorum adagio, τὰς χάρισι σπίνδεις, Gratijs sacrificare, ij iubentur, qui tristes & solliciti sunt. De numero verò & nomine Gratiarum variæ sunt a totum sententiæ. Orpheus in hymnis tres recenset, Aglaiam, Thaliām, Euphrosynā, Iouis & Eunomiæ filias, sic:

Δεῦτί μοι ὃ χάριτες μεγαλόνομοι ἀγλαδί μοι

Θυγατέρες ζήνοσε, & Εὐνομίης βαδύκλιπε,

ἀγλαίητε, Θάλεια, & Εὐφροσύνη πολύλοβε,

χαρμοσύνης γέστι τετραί.

Huc agit Charites celebres, veneranda propago

De Ioue prognata Eunomiæq; parentibus olim,

Aglaiæ, Euphrosynęq; Thalięq; splendida, clara

Laticia matres.

Plutarchus item tres facit in lib. de disputatione Philosophi cum Principe: Sapienter, inquit, qui Gratijs nomen indidit, Aglaię, Euphrosynę, ac Thalię: siquidem hilarem esse & gaudere in cōferendis beneficijs, id & maius est & purius. Has etiã tres inuocat Pyndarus Ode Olymp. vlt.

σόντια Ἀγλαΐα, φίλησι μὲ λπετ' εὐφροσύνα, Θάλεια τ' ἱρασί μοι σε, Θεῶν κρατίστου τούδε, Id est: O venerabilis Aglaię, amabiliterq; demulcens Euphrosyne, amicę, oblectans Thalia, optimi Deum filia.

Quidam verò, vt ait Phornutus in lib. de Nat. Deor. duas tantum Gratijs posuerunt, innuētes aliquos beneficiendi initium facere oportere, alios autem gratiã referre. Homerus lib. 14. Iliad. vnam Gratiarum Pasitheim vocat, quam Iuno Somno Deo in matrimonium collocat Huius etiam

III.

Charites

unde dicitur

Charites

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

quos

etiam meminit Statius lib. 2. Theb. Nō hoc Pasithea blandarum prima sororū. Ausonius Gallus Lesbiam suam ternario Gratiarum numero adiungit, hoc epigrammate:

Tres fuerant Charites, sed dum mea Lesbiam vixit

Quatuor: ut perijt tres numerantur itē. Sic & ego aliquādo ex tempore muginabar in formosam & argutam psaltriam, dum nobis suauissimē cithara caneret.

Dum specto attento formosum lumine vultum,

Tūc dico: E caelo Cypria lapsa Dea est. Melliflua cithara dū iūgis carmina voce, Obstupet argutum turba nouena melos. Purpureo dulces dum fundis ab ora loquelas,

Flexanimas Charites tunc roor esse rudes.

Rachel, quid dicam? Forma Venus altera; cantu

Pieris at decima es; quarta sed ore Charis.

Pieris abdo chelym, nitidos Venus exu cultus,

Nam Charis ista viris nuda placere potest.

Communior tamē fuit sentētia, tres fuisse Charites, vt in eo versu testatur Meleager:

Τρισσαι μιν χάριτες, τρεῖς δὲ γλυκὺν παρθενοῖσιν ἄρουρα.

Sunt triplices Charites, tres Hora, casta & utraq;

Tot autem ideo esse prodiderunt, quia & benefici esse in alios debemus, & aliorum beneficia suscipere, & ijs, qui in nos fuerunt liberales, retribuere. Date autem, accipere, & referre. tres actus sunt inter se distincti. Alij ideo dicunt tres esse Gratiarum, quia acceptum beneficiū cum fenore reddi debet. Quapropter solebant ita Gratiarum pingere, vt vna earū auersam faciem teneret, quasi à nobis profecta; duæ verò nos aspicerēt, vt duplex nobis beneficium rependi debere ostenderent. Tradunt etiam Gratiarum in Acidalio fonte, qui est Orehomoni Bœotie vrbe (vbi Eteocles Andrei & Euiques filius templo ædificato primus Gratiarum rem diuinā fecisse dicunt) lavari; quoniam pura esse beneficia oportet; & nihil sordidum, nullam speciem retributionis habere.

Cid?

Charites tres.

Gratijs quis sacra prius fecerit.

Veneri assunt.] Testis est in Æliacis posterioribus Paulanias, & Coelius lib. 28. cap. 18. vt significaretur, quæ volūtas ferret sine pugna, citraq; contentionem vlam, & qui dat, & qui accipit, transigerēt. Dominamq; sequuntur] Hinc Veneris pedissequæ & alleclæ vocantur.

Hincq; voluptates] suppeditant volupratum omnium materiam.

Alimentum parant] Innuit (vt ego quidem arbitror) mythologiam Gratiarum, qua agrorum fertilitatem, frugumq; abundantiam, quæ pacis beneficio latè proueniunt, per Gratiarum significationem voluit. Vide Natal. Comit. lib. 4. cap. 15. Mytholog.

Latitiam Euphrosyne.] Notatio est nominum. Euphrosyne lætitiā sonat, vel quæ hilaritatē facit; παρά τῆς εὐφροσύνης, latū reddere. Lætatur enim in beneficijs & qui dat, & qui accipit. De hac Bapt. Pius: Gestibus Euphrosyne blandus amor oculis.

Aglaia.] Splendorem, dignitatem & honestatē sonat. hinc ἀγλαΐζομαι; ἀγλαΐζω. honore, orno. Est enim honestius dare quàm accipere: nam beneficium quod accipit, libertatem vendit. ait P. Syri mimus.

Suadela est Pithus] Thaliā intelligit, Thaliā, quæ floriditatem & lætam conuiuium sonat; παρά τῆς οὐλίου, quod est, vire scire, pullulare. Hæc autem Suada siue Suadela, Dea persuasivis & eloquentiæ, & à Græcis πειθῶ nominatur. Cicero in Bruto: Vt hominis decus est ingenium, sic ingenij ipsius lumen est eloquentia, quæ virum excellentem præclarè tum illi homines florem populi esse dixerunt: Suada quæ medulla, πειθῶ, quam vocant Græci, cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, vt quam Deam in Periclis labris scripsit Eupolis sensistatse, huius hic medullam nostrum Oratorem fuisse dixerit. Hæc ille. πειθῶ verò (ait Suidas) est ἡ πειθομένη, cui sacrum nihil aliud quam oratio; quam etiam Græci Ἰνχαζωγῶν appellabāt, quod animum ducat quod velit. Eo sensu eloquentia flexanima dicitur Ennio. Hanc solam mortalibus reginam esse apud Euripidē Hecuba dixit: eique Æschylus μελιγλώσσος ἰπασοιδῆς tribuit, Huius etiam causa Socrates apud Quintilianum πειθῶς δημιουργῶν.

Aglaia.

Suadela.

Pειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

πειθῶ.

γδρ. id est, *persuadendi opificem*, Rhetoricen nominavit.

Cur nudas? De habitu Charitum non eadem est omnium sententia, alii enim nudas, alii vestibus lucidis & fluatibus indutas fuisse voluerunt. Pausanias in Bœoticis Gratiarum antiquitas tam à sculptoribus, quàm à pictoribus, & à poetis cum vestibus introductas fuisse testatur: quartum artifices Pythagoras Parius, Bupalus, & Appelles extiterunt; & Socrates Sophronisci illas indutas in vestibulo arcis Atheniensium collocauit. Cum igitur antiquitas vestibus operirentur, vel quia turpe esset aspectu mulieres nudas sine vestibus conspici; vel quia brumæ frigora formidaret, inciderunt in recetiores tãquam in latrones, à quibus spoliatae sunt. Quid igitur mirum si hoc nostro tempore omnes gratiarum frigeant, & nudæ algeant?

Gratia
an nuda.

Due cau-
sa cur nu-
da Cha-
rites.

Arcula
Gratiarum
inanis.

Mentis quoniam candore] Duas afferunt causas, cur nudæ pingantur Gratiarum. Prima, quia ad acquirendum amorem & gratiam, necesse est, ut cor ipsum candidum transpareat, purum & absque ullo fictionis velozini beneficiis itaque; vltro citroque collocandis nihil oportet esse duplex aut tectum sed clara omnia & simplicia.

Atque arcula inanis est Charitum.] Secunda causa proverbium tangit, Σιμωνίδης μίλην. id est: *Simonides cantilena*. Nam hæc de Simone retulit Stobæus: Σιμωνίδης παρακαλῆντος τινος ἰγκομινον ποιῆσαι, καὶ χάριν ἔχειν λίγοντος, ἀρχύριον δὲ μὴ δίδοντος δὴ εἶπεν ἕτος ἔχω κιβωτὸς τῆν μὲν χαρίτων, τὴν δὲ ἀρχυρία. καὶ πρὸς τὰς χρείας, τὴν μὲν τῶν χαρίτων κενὴν τυρίσκω ὄσαν ἀνοίξω, τὴν δὲ χρυσίμην μέγνην. Simonides, rogante quodam ut sibi conscriberet encomium, & gratiarum se relatum dicente, argentum autem non dante: Duas, inquit, arcas habeo, unam Gratiarum, alteram argenti: & cum necessitas exigit, Gratiarum quidem arcam aperiens, inanem ipsam reperio, alteram vero solam mihi commodam. Quo significare volebat, se gratis donare nolle carum na. Sic quoque veniunt Theocritus in Charitibus, qui Gratiarum suas ideo nudas ait, quod à principibus, ad quos mittatur vadotatē remittatur. Sed hoc videtur posse liberale: nam libera & vltonea

Gratia si
vera esset
debet.

debet esse gratia, non coacta, aut liberalis. Idem, quod pulchrius (ut dictum) & ma-

gnificentius est beneficiū conferre, quàm officii beneficiū. Hinc. n. illud Plutarch: ἰπικρος, τὸ εὖ πάσχειν, τὸ εὖ ποιεῖν ἔμῳνον κάλλιον ἀλλὰ καὶ ἥδιον εἶναι οὐσί. χαρῆς γὰρ ἔδεν ἕλης γόνιμὸν εἶναι, ὡς χάρεις ἀλλὰ σοφὸς ἦν ὁ ταῖς χάρισι τὰ ἀνεμάτα θίμενος, ἀγλαίην, καὶ εὐφροσύνην, καὶ θάλασσαν. τὸ γὰρ ἀγαλλόμενον καὶ τὸ χαίρον ἐν τῷ δίδοντι τὴν χάριν, πλεονεῖσι καὶ καθαρώτερον. διὸ τὰ πάσχειν εὖ αἰσχυρόντα πολλάκις. αἰ γὰρ ἀγαλλόμεται, τὸ εὖ ποιεῖν. Hoc est: *Epicurus ait, non modo pulchrius esse beneficio officere, quàm officii, sed & iucundius. Nam nullares perinde parit gaudium, ut beneficentia. Sapiebatur autem qui indidit Gratiarum nomina, ἄγλαια, Euphrυσια, & Thalia, signidē exultatio & latitia in dante maior est & purior. Itaque multi pudore sæpe suffunduntur, cum beneficium accipiunt: semper autem gaudent, cum beneficium præstant. Nō mihi temperare possum, quin addam Ciceronis illud ἐ 2. Offic. Aut opera fit benignè indigentibus, aut pecunia, &c. quamquam in vtroque inest gratificandi liberalis voluntas, tamen altera ex arca altera ex virtute depromitur: largitioque quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit.*

Alciatus
Gratiarum
lavia m-
didit.

Addita cur nuper] Innuit auctor nunquam depictas hæctenus fuisse Charites pedibus alatis, sed se primam hoc inuenisse, ut talibus illas decoratas diceret, ut locū haberet proverbium, *Bis dat, qui cito dat*. Vide ibi.

Bis dat qui cito dat.] Prouerbiale est ex Publij Mimis:

Bis das
qui cito
das.

Bis est gratum, quod opus est vltro si offeras.

Itemque: *Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.* Vulgarum est etiam in hanc sententiam Luciani distichon:

ἀκῆτα χάριτες γλυκερώτεραι ἢ δὲ βροδύνη,

πάσα χάρις κενὴ μὲν δὲ λίγος δὲ χάρις. *Celores gratia dulciores: si autem tarda fuerit,*

Omnis gratia vana, nec dicetur gratia. Vel, ut Ausonius reddit:

Gratia que tarda est, ingrata est: gratia namque

Cum fieri properat gratia grata magis. Idem alter:

Si bene quid facias, facias cito; nā cito factum

Gratiū erit, ingratiū gratia tarda facit. Minimi gratia tarda preti est] In hanc sententiam circumferretur verficulus Gregus:

Α χάρις ἄ βραδύνη ἀ χάρις ἰσὶ χάρις. Tardum beneficium ingratum est.

Sic Ouidius de Ponto 3.

Gratiarū officio, quod mora tardat, abest.

Vlna.

Implicitis vlnis] Brachiis. Est enim vlna proprie spaciū quantum vtraq; extenditur manus. Dicta vlna, vt placet Seruio ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν ἀ brachijs. De vlna vide diligenter Parenga nostri Alciati lib. 1. cap. 18. & Budæum in priorib. annotat.

Gratus facerit] Hoc est, qui primus gratiam misit, perinde fecit, ac si honori dedisset; nā pro vna gratia duas accipiet.

Gratia ut referenda.

Remanent vna abeunte dua.] Si quidem referenda gratia nullum officium magis necessarium. Quod si quaedam acceperis vtenda, maiore mensura, si modò possis, reddere iubet Hesiodus, & imitari agros fertiles, qui multo plus reddunt quàm acceperint. Cic. 1. Officior. Grauiusimè dictum à Valerio Max. dandi & accipiendi beneficii commercium (sine quo vix hominum vita constat) perdit & tollit, quisquis bene merito parem saltem referre gratiam negligit.

Charites aut Iouis filie.

Iuppiter ijs genitor] Charites dicunt Ioue genitas patre esse; quoniā à Ioue omnis procedit gratia.

Mater Charitū qua.

Eurynome.

Edidit Eurynome] Quonā fuerit Charitum mater, varia est opinio. Nam hæc feremè nomina circumferuntur, Eurynome, Eurymedene, Eurymeduse, Autonoe, Iuno, Euanthe, Aglaia. Eurynomen dictā ait Seneca, quia late patens patrimonii sit beneficia diuidere. Alii Eurynomen quasi latipascuam, à spatiois pascuis interpretatur, ἀπὸ τῆ ὑπερβολῆς, hoc est: abundanter retribuio. Dicitur Eurymedene ἀπὸ τῆ ὑπερβολῆς, abundanter do. Eurymeduse vero ἀπὸ τῆ ὑπερβολῆς, quod rego significat; quoniam qui liberales & munifici sunt, cæteris imperare cōsueuerunt. Hesiodus in Theogonia:

Eurymedene.

Eurymeduse.

Τῆς δ' οἱ ὑπερβολῆς χάριτας τινε καλλιστῆρας.

Charitū parentes.

Huius meminit etiam Homerus Iliad. 18. Vide Phornutū de nat. Deorum, cap. de Gratijs. Sunt qui ex Venere & Marte, alii ex Venere & Libero, alii ex Erebo & Nocte genitas dicunt, Aurimachus anti-

quissimus poeta illas Egles & Solis filias esse censuit. Consule Nat. Comitibus Mythologiam loco supra citato.

IV.

SATI S, vt opinor, explicatam dedimus Charitum mythologiam: nempe Lepticiam, Pulchritudinem, & Suauiloquentiam tres esse Gratiarū, neminem non ad sui amorem allicientes; quas nudas esse oportet, simplices, citra simulationem, alienas ab omni fisco; ad obsequium promptas & celeres, ad reposcendum non item: amorem mutuo ac benigna liberalitate coniunctas, ex bonis ingenijs ortas, affectu planè cælesti: ac diuino; deniq; omnibus gratas & acceptas. Quod si quis plura desiderat ad locupletandam huius Emblematis eommentationem, multa habentur apud Senecam de beneficijs passim, sed in primis c. 3. libri prioris. Cum hoc coniunge nobilem Lactanti in disputationem, de vero cultu, cap. vndecimo, & præter alia c. 12. libri 9. Matris. Ficini: singula enim excipere non vacat. Ex multis tamen, quæ passim obuia sese offerunt è bonis auctoribus, quaedam sublegemus. Ex iure communi didicimus teneri nos ad artū dāpna, sed et si ff. de petit. hæredit. l. si verò non remunerandi. §. idem Pomponius. ff. mand. l. si non fortem. §. libertus, de conduct. in deb. In Mimo vetere:

IV. δὲ ἀνεστὶ χάρις δὲ δῖοι δῖοι.

Beneficiū qui nescit reddere, iniuste petit, Prodicus sophista apud Platonem Axiocho (si quidē Platonis dialogus est) illud solebat in ingratos auditores flectere: ἀδὲ χεῖρ τῶν χεῖρα ἴσῃ, δὲ τὴν ἰσὶ τῆ ἰσὶ. id est: Manus manum lauat: ad aliquid, & accipies aliquid, Bene Martialis:

Dedecus est semper sumere, nilq; dare. Fatemur alioqui beneficium voluntarium magis esse quā necessarium, l. qui ex causa. ff. de bon. libert. Et gratia si non accipitur gratis, non est gratia. Nam quod Seneca epist. 83. Sapiētis est bene debere beneficium, bene soluere: interdum autem solutio est ipsa confessio. Voluntas enim spectanda, non facultas. Sed idem tamen sapiens suo more monet aculos: Plus cæteris dedit, qui sine spe recipiendi dedit. Nā hæc beneficii inter duos lex est, alter enim obliuisci debet dari, alter accepti nunquam: nempe vt qui dedit beneficium, taceat: memoret, qui accipit. Est enim officium genus hominū officia exprobratium, &c. Quo nomine grauius succentium, &c. Quo nomine grauius succentium, &c.

Beneficiū voluntarium est.

Beneficiū non sunt exprobratium.